

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Apostoli q cum fonte primo

O frater mi Thimothee,
si uidisses agones consummacionis ipsorum,
defecisses quidem pre tristitia et dolore!

Quis non fleret illa hora quando preceptum
sentencie egressum est in eos,
ut scilicet Petrus crucifigeretur
et Paulus decollaretur?
Vidisses quidem tunc turbas Iudeorum
et gentilium percucientes eos

et expuentes in facies eorum,

sed aduenienti terribili tempore
consummacionis ipsorum

ligauerunt columpnas mundi,
non utique absque fratrum gemitu atque ploratu
et cum separarentur ab inuicem.

Tunc Paulus ait Petro:

Pax tecum fundamentum ecclesiarum,
pastor ouium et agnorum Christi.

Ac Petrus ad Paulum:

Vade in pace predicator bonorum,
mediator et dux salutis iustorum.

Cum autem elongassent eos ab inuicem,
secutus sum magistrum meum.

Non in eodem loco siue uico occiderunt eos.

Dyonisius in epistola ad Thimotheum.

O frater mi Thymothee
si uidisses agones consumationis eorum:
defecisses quidem prae tristitia et dolore.

Quoniam autem non interfuisti:
facile tibi uidetur opus agonis ipsorum.
Quis non fleret hora illa: quando praeceptum
sententiae egressum in eos est:
ut Petrus scilicet crucifigeretur:
et Paulus decollaretur?

Vidisses utique tunc turbas Iudaeorum
et gentilium multitudines percutientes eos:
illudentes eis:

et spuentes in facies eorum:

Ipsi uero quieti et tranquilli extiterunt
sicut agni innocentes et mansueti.

Adueniente autem terribili tempore
consumationis eorum:

→

cum seperarentur ab inuicem:

ligauerunt columnas mundi:

non utique absque fratrum gemitu et ploratu.

←

Tunc inquit Paulus Petro:

Pax tecum fundamentum ecclesiarum
et pastor ouium et agnorum Christi.

Petrus autem ad Paulum inquit:

Vade inquit in pace praedicator bonorum
mediator et dux salutis iustorum.

Cum autem elongassent eos ab inuicem:
secutus sum magistrum meum Paulum:

Non enim in eodem uico occiderunt eos.

Pseudo-Dionysius, *Epistola de morte apostolorum Petri et Pauli ad Thimotheum* (B. Mombrizio ed., *Sanctuarium seu vitae sanctorum*, t.2, Paris, 1910, p.355, ll.46-58).